Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26207
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Ymago essentiam quoque significat divinam et tertium communem deitatis personis predicatur significat et relationem et tertium de solo filio dicitur.

Quaestio. Quod sit in subiectis hominis quod non in subiectis est. Solutio. Quia nec caro est anima nec anima est caro nec homo est caro vel anima sic deus est homo et homo est deus et ipse est utrumque. Quod inde contingit quia magis est unio inter deum et hominem quam inter carnem et animam. Nam et anima unita carni totum quod hic prenatam confert ei cum ipsa non sit capax multorum quam sit anima sic deus unit hominem totum se infundit.

Quaestio. Quod de quo dicatur. Iesus cum dicitur homo est deus et deus est homo vel est deus est homo. Solutio. In responsione huius questionis moderni doctores inter se dissentiunt. Alii enim dicunt quod iste de se predicatur scilicet hec persona est quod mihi est cum aliud homo aliud deus significet et aliud sit filius hominis et alius filius dei ut auctoritas dicit. Quod in modum factum est quia hic nomen deus iste significat cum dicitur homo est deus et est deus et pater est deus. Si dicatur non sequitur quod iste deus homo est et deus pater sit. Iste homo et deus nota appellativa sunt quia significant hanc personam

ypse vel quando vel aliquo facta est impositione talis. Iste est homo et ugo est homo nunc iste predicatur de utroque. Si dicatur non quia non sit iste de natus cum nomen natus non sit utrique commune secundum eandem de significationem. Alii dicunt quod cum dicitur homo deus non predicatur hic quod significat hic nota deus sed verum unitum duo personaliter et cum dicitur deus est homo predicatur hic hominem unitum in persona sed secundum hos nec homo nec est deus. nec deus nec est homo. Alii dicunt quod cum dicitur homo est deus predicatur per divine natus et cum dicitur deus est homo per humane natus predicatur de persona divine natus. Tale tamen per est divine et humane natus scilicet est. aliud tamen intelligitur cum dicitur homo. aliud cum dicitur deus. Hii videntur plane quod est duae res. quarum una est simplex. alia composita. una eterna et alia temporalis. Verum quod est sit compositum quoddam. secundum humanitatem ex carne et anima. et quoddam simplex sit secundum divinitatem et quod divinitas non sit pars huius persone sed sit ipsa per. caro autem et anima tamen sit

Quaestio. An est sit bigenitus. Iste partes.

Responsio. Bis natus bis genitus est. semel a patre ex substantia patris. tamen in tempore ex virgine. Habet itaque duas nativitates duas generationes duas filiationes eternam et temporalem. non tamen duo filii vel duo nati. sed unus et idem